

ab ipso mansum eundem iure recepit eodem. Hac autem facta recompensatione hinc inde nos ad instanciam prefati comitis et maxime anime nostre remedium attendentes, de predicta decima sancte dei genitrici sacrificium duximus offerendum, de consensu fratrum nostrorum maioris ecclesie nostre canonicorum ad sustentationem fratrum prefati cenobii  
 5 eam liberaliter conferentes et pro hac et cum hac collatione nostrum in manus eorum spiritum commendantes. Huius autem collationis nostre testes sunt: Maioris ecclesie nostre canonici. Anno cellerarius. Almarus Sancti Pauli prepositus. Arnoldus de Scerenbike. Bertoldus de Lichowe<sup>a</sup>). Bernhardus vicedominus. Conradus Sancte Marię prepositus. Luidolfus de Sladem. Arnoldus scolasticus totumque maioris ecclesie nostre  
 10 capitulum. Florencius abbas de Lapide sancti Michahelis. Laici vero: Edelgerus comes de Honstein. Tidericus et Heinricus filii ipsius et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. cċ. xv., indictione tertia. Ne igitur super hoc facto aliquod inposterum ambiguum habeatur, hanc paginam inde conscriptam et duorum sigillorum nostro et ecclesie nostre impressione signatam prefatis fratribus erogamus, sub interminatione anathematis districtius  
 15 inhibentes, ne quis eos in sepe dicta decima molestare presumat. Datum Halberstat<sup>b</sup>) per manum Tiderici notarii nostri anno consecrationis nostre quinto.

(S.)

(S.)

## 213.

*Markgraf Dietrich befreit das Kloster Pforta von der Zahlung des Zolles und der Geleitsgelder  
 20 in seinen Landen. — Zeuge: Graf Friedrich von Brehna. Groitzsch, 1215 Dez. 18.*

*Hilschr.: Kop. Perg. Dipl. Portense (Saec. XIII) fol. 50 und Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 306<sup>b</sup>. Bibliothek der Landesschule Pforta. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 104.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus divina favente clementia  
 25 Misnensis et<sup>a</sup>) Orientalis marchio. Cum prosperitati et quieti illorum, qui deo die ac nocte deserviunt, pie studioseque prospicimus hoc nimirum agimus, ad quod in terra potestatem accepimus, ut, quia nos ipsi contemplative vite studia sectari non possumus, eos saltem, qui hec possunt, tuendo et fovendo laboris eorum participes efficiamur. Igitur universis Christi fidelibus tam modernis quam posteris notum esse cupimus, quod  
 30 nos pro remedio anime nostre et uxoris nostre nec non et omnium parentum et heredum, predecessorum et successorum nostrorum dilectos nostros fratres de Porta pro necessitatibus vel negotiis ecclesie sue cum curribus vel aliis quibuscumque oneribus per terram nostram euntes et redeuntes ad petitionem amici nostri domini Winemari eiusdem loci abbatis a thelonci persolutione et conductus iure liberos et immunes in perpetuum  
 35 constituimus, universis thelonariis et officialibus ceterisque fidelibus nostris districte precipientes, quatenus a predictis fratribus nullum deinceps thelonci vel conductus ius

212. a) Lichohowe. b) halb.

213. a) fehlt Transsumptbuch.